Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



autem, cum ſacerdotio fungeretur,
in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſe-
cundum conſuetudinem ſacerdo-
tij, ſorte exijt, ut incenſum po-
neret, ingreſſus in templum Do-
mini. Et omnis multitudo popu-
li erat orans foris, hora incenſi.
Apparuit autem illi Angelus Do-
mini, ſtans à dextris altaris incen-
ſi. Et Zacharias turbatus eſt, vi-
dens: & timor irruit ſuper eum.
Ait autem ad illum Angelus. Ne ti-
meas Zacharia: quoniam exaudita
eſt deprecatio tua: & uxor tua Eli-
ſabeth pariet tibi filium, & voca-
bis nomen eius Ioannem. Et erit
tibi gaudium & exultatio: & mul-
ti in nativitate eius gaudebunt.
Erit enim magnus coram Domi-
no: & vinum & ſiceram non bibet:
& Spiritu ſancto replebitur adhuc
ex utero matris ſuæ: & multos
filiorum Iſraël convertet ad Do-